

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Carl Friedrich Lochner Dethlev Marckmann

De Virtute Heroica, Discursus Ethicus

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730549941>

Druck Freier  Zugang



R u. phil. 1658.

Lohner, Karl Friedrich Frau.

Märkmann, Peter Pup.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730549941/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730549941/phys_0002)

DFG

1056
3

DEO DUCE
DE
VIRTUTE
HEROICA,
DISCURSUS ETHICUS,
P R A E S I D E
M. CAROLO FRIDERICO
LOCHNERO,
Norimbergensi,
ET
DETHLEVO MARCKMANNO,
Neustadio - Holsato,
R E S P O N D E N T E.
In Auditorio Majori, d. 20. Martii
publicè propositus.

ROSTOCHII,
TYPIS HÆREDUM NICOLAI KILLI, ACAD, TYP.
Anno M DC LVIII.



VIRIS

Prænobilibus, Magnificis, Perstrenuis Amplissimis & Prudentissimis

DOMINIS,

DN. BURCKHARDO Löffelholza Golberg, Duumviris,
DN. GEORGIO im Hoff /
DN. CHRISTOPHORO Derrern Triumviro,
DN. LEONHARDO Grundherrn /
DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Behaim /
DN. JODOCO Kressen à Kressenstein / Rehels-
dorff & Dürren Mungenau /
DN. PAULO Harßdörffern /

SEPTEMVIRIS

Inclytæ Reipublicæ Noribergensis,

Patriæ Patribus vigilantissimis,

Dominis suis Munificentissimis



M. Carolus Fridericus Lochnerus,
P R A E S E S.

1933. XII. 54



D. O. M. A.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

 Um omnes unum id studeamus, ut jucundas
ac fructuosas simul horas nostras faciamus,
fatente hoc magno illo Veritatis Hercule Jul.
Cæs. Scal. Exerc. 365. sect. 2. Age ex fertilissi-
mo Aristotelis ejusq; Interpretum fidelissimorum agro
Ethico, foscum amoenissimum & præcipuum, Virtu-
tem videlicet Heroicam, decerpemus, & quantum ma-
teriæ præcellentia, dignitas, & jucunditas concedit, in-
præsens ventilabimus, ac in publicum producemos. E-
docti tamen eodem Castalidum nepote, in Lyceo bre-
vioribus ambulandum esse spatiis, rectâ ne præfando
ampullari videamur, ad institutum pergemus; Esto ita-
que

§. 1.

Nauta in turbida, & illuni nocte facile sui, & suarum mercium
facit naufragium. Sic arenam ingressurus disputatoriam, sine voca-
bulorum ambiguorum dissectionis lumine, in eorum scopulos,
veluti in Syrtes impingit, ac rariissime ad veritatis, quem sibi propo-
suit portum tranquillum, appellit: *Nominum enim, inquit Subtilita-*
Magister Scaliger exerc. 88. Sect. 2, maxima cura habenda. Et quivis
rei alicujus cognitionem indagaturus, nosse ejus primo principia debet,
præsertim cum ex eorum notitia, cognitio aliorum pendeat. Zabar. de
nat. scient. cap. 6. Principium autem illud, secundum Galenum, in o-
mni disputatione & re est nomen. Nos igitur, ut eò facilius & felicius

A 2

pro-

progreedi queamus, primo de origine & & quivocatione vocis soli-
citi erimus.

§. 2.

Virtus autem *Heroica* licet duplici vocabulo dicatur, concipi-
enda tamen est uno conceptu, quia res est verè una. Appellatur
verò *virtus*, quia communem virtutis naturam & mulatur, medio-
critatem etiam, verum virtutis indicium amplectitur. *Heroica* dicitur
ab *HEROIEVS* cuius vocula, plurima apud authores, reperiuntur
Etymologiae. Nonnulli ἀπὸ Γέρεων à dicendo dictos esse cen-
sent; eò quod Rethores olim & Oratores admirabiles, ceteris ho-
minibus heroica proles crediti sint, eorumq; Duces & Principes au-
dierint. Vel quia Heroes digni sunt, quorum laudes carminibus de-
cantentur. Plato in *Cratyllo* ἀπὸ Γέρων, ab amore derivat. O-
mnes enim Heroes ait, vel ex amore Deorum erga mulieres humanas,
vel amore virorum erga Deas sunt geniri. Alii ἀπὸ τῆς αρετῆς, à virtute
desumunt, quod tamen sat duriusculè, nimisq; longè petitum
videtur. Quidam ἀπὸ Γαιπειδαί à feligendo, quasi viri præstan-
tes, & ex communi hominum fece selecti. D. August. l. 10. de Civit.
Dei cap. 21. ab Ἑρα i. e. Junone, originem traxisse credit, quoniam
illa aëris præses, in quo heroes cum dæmonibus habitare dicuntur.
Alii ἀπὸ τῆς ἔργων à terra dici existimant, quod post ingentes illuvio-
nes terræ à Diis subcælestibus ex terrâ prodierint: Ut ut sit, quæcumque
etiam notatio nominis existat, heroes tamen homine superiores
designat. Qui autem heroes fabulosæ antiquitati, quæ varii ge-
neris & dignitatis ens finxit, fuerint, ostendit pluribus Piccol.
Philos. Moral. gr. 6. cap. 1. Heiderus Philos. Moral. part. 2. p. 402. In-
primis verò Excellentissimus D. Eichel/Exerc. de Heroibus eorum-
que virtute.

§. 3.

Appellatio virtutis *Heroicæ*, non uno modo sumitur. Nam 1.
Abusivè habitus vitiosus, οὐτ' ἀντίφεσην *heroicus* dicitur, ut sunt,
qui potando, ludendo, luxuriando heroes appellantur. Pari ratione,
Adulatores, Tyrannorum immania flagitia & vitia, motus & impe-
tus *Heroicus* vocare solent. 2. *Generice* pro virtutum tam moraliū,
quam intellectualiū eminentia, qua in significatione, viris insigni-
bus

bus & artificibus pariter, aliisq; qui de humano genere egregie meriti sunt, prædicantur. 3. *Proprie & specialiter* pro habitu divinitus concessio, & humanis exercitiis confirmatio. Hac acceptance, hoc loco,

§. 4.

Dicitur alias *Virtus Divina*, vel quod à Deo peculiariter concessa; vel quod per eam homines proximè ad similitudinem ejus accedere videantur. Unde ab Aristotele lib. 7. Eth. Nicom. cap. 1. πρωτης ἀρετης, πρεστατιον aliquid virtute, humanā puta, dicitur.

§. 5.

His de nomine virtutis heroicæ præmissis, ad ipsam rem nos conferimus, talemque ejusdem suppeditamus definitionem. *Virtus heroicæ est habitus animi, divinitus quibusdam concessus, ad ejusmodi actiones persiciendas, quæ alioquin humanis viribus præstari non possunt.* Genus diximus habitum, ut à motu heroico, qui supra communem ordinem, in nonnullis hominibus excitatur, discerneremus. *Habitum animi* diximus, quia ad hunc potius, quam ad corporis habitum refertur. Et hoc commune habet cum virtute, cuius hanc speciem esse, nemo facile negaverit. Nam sicut ceteræ: ita & hæc actionum frequentia, & iteratione, imò & paucis interdum benè validis comparatur. *Differentia* petita est à causis, quæ cum ex data definitione, haud obscurè patescere possint, jam jam considerandæ veniunt.

§. 6.

Causa itaque *Efficiens* Virtutis heroicæ est vel *Prima* vel *Secunda*. *Prima* est ipse Deus omnis boni Actor & Auctor: Arist. 1. Eth. Nic. c. 9. *Eiusq; specialis afflatus & singularis actio*, qua homines incitati, maxima & altissima quæque sibi proponunt, & sic quasi ultra mortalitatis carcerem progredi annituntur. *Actio autem Dei* dupli modo consideratur 1. *Generaliter*, prout illa se ad omnes creaturas extendit, conservans eas, donec vult conservare, & impertiens singulis vires, & motus congruentes, ut pro naturæ suæ ratione agere possint. 2. *Specialiter*, quando Deus interdum præter communem naturæ ordinem agit, & opera extraordinaria exercet, donaque & *Virtutes singulares*, non solum credentibus, & in Ecclesia constitutis, sed & impiis, & ab Ecclesiæ societate alienis, communicat, quibus adjuti difficultima & eminentissima quæq; fortissimo animo adeunt, &

A 3

ex

ex animi voto felicissimè perficiunt, quæ aliàs propriis viribus aut
sola humanâ industria nunquam perficere potuissent. Ut ita non
ex omni parte ad stipulari possimus Philosopho aliàs acutissimo
Heidero, qui Phil. Moral. part. 2. p. 405. Piorum virtutes Heroicas,
tantum ad actiones Dei speciales refert, Gentium verò ad Genera-
les. De quibus videatur Wendelinus Phil. Moral. lib. 1. cap. 3. q. 2.
Exinde etiam illud provenit, quod Arist. lib. 7. Eth. Nic. c. 1. inquit,
rarum est, ut vir divinus sit; puta, non quod Deus singulis æstatibus,
tales excitare nequiverit, quæ sententia Poëtarum fuit, qui Heroes
ad aureum seculum transferendos esse, finixerunt, sed quod paucissi-
mis hominibus attribuat. Inventos, enim omnibus seculis Heroës
patet, 1. Quia Deus sua dona uno seculo non alligavit. 2. Quia op-
positum virtutis Heroicæ, Feritas, semper fuit reperta. 3. Quia Hi-
storici ex omni seculo Exempla proponunt. Interim hoc liberè con-
cedimus, Virtutem hanc, quoniam raro talis afflatus divinus obtin-
git, non simpliciter etiam in cuiusvis hominis libero arbitrio positi-
tam. Et sic non omnes Heroica facinora imitari fas esse. Nec obstat,
quod quidam objiciant, minus commodè exinde virtutem hanc
per habitum (id quod in definitione factum) definiri posse, cum o-
mnis habitus sit in nostra potestate: Virtus Heroica verò afflato
divino contingat. Distinctione enim rem facile expedimus, consi-
derando nimirum habitum, prout est vel infusus vel acquisitus. Il-
li, licet in nostra potestate non sit, habitus tamen nomen denegari
nequit. Absit tamen, virtutem Heroicam nullo modo in nostra po-
testate esse afferamus. Non solum enim ratione præparationis, sed
& quatenus virtus est, in potestate nostra consistit. Valeant ergo &
illi, qui Actiones Heroicas mixtas dici debere, sibi persuadent, eo
quod principium agendi, in Heroibus magis sit externum; unde &
Heroica ejusmodi facinora non simpliciter esse spontanea: Quis
enim in iis actionibus tale principium externum, quale in actioni-
bus mixtis requiritur, esse afferet? Conf. Arist. 3. Eth. Nic. c. 1. Adde,
quod ex hoc sequeretur, omnes actiones humanas, mixtas esse ap-
pellandas, id quod absurditatem sapit.

§. 7.

Causa efficiens Secunda est, vel principalis, vel minus principalis.
Principalis est partim Natura, partim Institutio. Natura omnino re-
quiri-

quiritur in gradu excellentiori, sine ea enim virtutis Heroicæ habitum nemo acquirere poterit. Hæc verò cernitur potissimum in indeole bona; adeòque genuina præcipuorum membrorum, & humorum corporis temperatura, ex qua impetus & dispositiones eminentiores ad virtutes exoriuntur. *Institutionis* plurimum quoque facit ad Virtutem Heroicam, adeòque necessario requiritur. Licet enim Natura Heroica perfectissima sit, nisi tamen institutione diligentiori gaudeat, difficulter ad tantam perfectionem perveniet, ad quantam pertingere potuisse, si hæc accessisset: Duo autem officia institutionis sunt, i. ut mala removeantur, & expurgentur. Optima enim disciplina est dediscere mala: (2) ut bona substituantur, præceptaque de Eminentia rerum, de DEO, &c, inculcentur & Heroicis exemplis illustrentur. Plurimum sanè momenti afferunt exempla aliorum heroicè operantium, cum æmulatio exinde oriatur virtutis ardenterissimum incendium: Nemo namque usque adeò ineptus erit qui Davidis, Samsonis, Herculis, Achillis, aliorumque præclara facta perlegens, non simile quid aggredi conetur, aut saltem æquali clarere laude oportet. *Minus principalis causa* est: vel *Impulsiva*, tum $\pi\alpha\gamma\eta\gamma\tau\mu\eta$, flagrans videlicet honesti, & eminentioris finis cujusdam asequendi desiderium, tum $\pi\alpha\gamma\alpha\tau\mu\eta\pi\eta\eta$ & quidem partim prospera fortuna, hæc enim elegantissimas benè agendi opportunitates, quæ non minimo adjumento ad virtutis Heroicæ habitum consequendum esse solent, suppeditat, cum si oblatis per fortunam occasionibus rectè utamur, facile eminere nobis contingat: Partim etiam fortuna adversa, Herois enim est, adversa viribus magnis devincere, quibus alioquin imbecillitas humana succumbit. Adde, quod in rebus arduis virtus maximè eniteat, id quod notissimum. Vel est *Instrumentalis*, ut dignitas, honores, divitiae, quæ tanquam instrumenta Illustrium virtutum exercendarum Virtuti Heroicæ non parum inserviunt.

§. 8.

Objectum Virtutis Heroicæ est vel *Internum* vel *Externum*. *Internum* sunt affectus, circa quos virtus Heroica perficiendos & ad perfectissimum S.B. gradum elevando eminentissima quadam ratione versatur, & sic quia excellentia est, & splendor Virtutum, eminenter quoque, & singulari modo eos moderatur. A vero itaque aber-

rat

rat Eustratius, dum Virtutem heroicam omnes prorsus perturbationes in homine evellere ad severat. Nulla enim Virtus talis est: Ergò nec ista, tanta cum impossibilitate conflictabitur. Certè omnis virtus est affectuum pacatissima moderatio. Quidn̄ igitur & hæc cum illis facilè coalescer? Eminentissima tamen & æquabilissima audiet moderatio ob ejus eminentiorem conditionem. Vid. Piccol. grad. 6. Phil. Moral. c. 7. Adde, quod potius cum affectibus arctius cohæreat, perturbationumque perfectissima sit cohibitio. Idem ibid. *Externum Virtutis Heroicæ objectum*, sunt omnia reliquarum virtutum objecta, sed excellentiora & ita comparata, ut bonum publicum respiciant, evidentemque utilitatem aferant. Unde Heros secundam Keckerm. c. 5. l. 3. Syst. Eth. can. 16. dicitur, qui magna bona publica, ardenter cupit, constanter tentat, & feliciter efficit.

§. 9.

*Subjectum Virtutis Heroicæ est, vel Denominationis, vel Inha-
sionis.* *Denominationis* non est Deus, virtus namque est accidens: Accidientium autem omnium Deus propter essentia immutabilitatem expers. Et licet Deo hinc inde in sacris virtutes attribuantur, fit hoc tamen non subjectivè, sed effectivè, quatenus videlicet ad eorum generationem suo etiam modo concurrit. Neque Angeli: Virtus enim hæc, ut superius monuimus, crebris acquiritur actionibus, & maxima sæpe cura, quæ tamen Angelis tribuere absolum esset. Adde, quod in illis omnia majora sint, quam ut ad præscripta artium convenienter exigi queant, vel debeant. Sed solus homo rationis usu præditus. Hic enim ad recipiendos tales habitus tantum idoneus. Ubi notamus primariò Virtutis hujus capaces esse splendi- dè natos, & in altiori dignitatis fastigio constitutos, ut Reges, Principes, Comites, &c. qui eminentium & illustrium instrumentorum facultate muniti, actiones præ ceteris splendididas atque eminentes in lucem proferre possunt, Secundariò, Gives & inferioris conditio- nis homines. Nam & oppositum Heroicæ Virtutis Feritas in eos cadit. Ergò & ipsa Virtus. vi. can. 6. Topic. 3. *Opposita natas sunt fieri in eodem.* Et ex casâ Vir magnus sæpe existit, & ex deformi, humiliique corpusculo formosus, magnusque ex surgere potest animus, inquit Seneca.

De Fœminis non inconvenienter quæritur, an & hæ capaces sint virtutis Heroicæ? Videntur quod non, quia in Virtute hac reperiatur constantia; Fœmina vero secundum Poëtam sit *varium & mutabile semper animal*. Accedit, quod habeant temperamentum humidius ac viscosum, quod celerrimè commovetur, & varias recipit figuræ, tinde inconstantia sequitur. Cui assertioni adstipulari Aristot. quoque videtur, dum 1. Polit. c. 4. & 9. non mulierum, sed virorum virtutem esse afferit. Ad quæ tamen quid respondendum sit, videri potest Keckerm. Curs. Philos. disp. 27. c. 17. Nos interim in eas Virtutem Heroicam cadere, strenuè affirmamus, partim quia capaces sunt coeterarum virtutum, E. & hujus: partim etiam, quia in mulieribus æquè Feritas reperitur ac in viris: Partim denique quia infinita exempla in medium produci possunt, planè Heroicæ virtutis fœminarum, in quibus recensendis, cum Scriptorum paginae plenæ reperiantur, jam iam supersedemus: Hoc tantum addentes, Virtutem Heroicam magis tamen inesse viris, quam fœminis, majoremque in illis splendorem, quam in hisce obtinere. Quo præstantius enim subjectum, eo splendidius etiam accidens subjecto illic inhærens existit. Qui plura desiderat, commentarios adeat Authorum. In pueris paulo aliter res se habet: Non equidem negamus, Indolem quoq; Heroicam in eos cadere, id quod Exempla docent manifesta Davidis, Alexandri, aliorumque, sed ipsam virtutem ipsis denegamus, cum talis operationis, ex pleno rationis usu prodeuntis, participes esse nequeant: *Quis enim talem, qui moralis virtutis, ipsiusque S. B. capax non est, encomio Herois dignabitur,* cum Virtus Heroica, quoniam Virtutis moralis splendor, eam præsupponat semper. At pueros hujus capaces non esse, testis est Philos. Eth. Nic. l. 1. De Spuriis an & hi Virtutum Heroicarum participes sint; Vid. Heiderum Phil. Moral. Part. 2. pag. 408. q. 7.

§. 11.

Subjectum inhesionis, aut erit Corpus, aut Anima. Corpus autem esse nequit: Non enim perficit corpus. E. erit Anima. Ubi cum Virtus hæc non sit intellectualium virtutum, Facultatem quoque cognoscementem subjectum ejus dicere nequimus, sed potius Voluntatem, quæ ab Intellectu maximè practico regitur.

B

Forma

§. 12.

Forma consistit in excellentia & splendore, ut Heros ejusmodi actiones suscipiat, quæ sunt supra humanam conditionem, & quæ alioquin solis humanis viribus perfici nequeunt. Nectamen exinde mediocritatem respuit: Mediocritas enim cum sit de essentia Virtutis, huic quoque competet. Adde, quod ubi Extrema, ibi quoque Virtus sit: At in hac Virtute Extrema, E. Consistit autem Heroica Virtus (1) *in excelso impetu maxima queque efficiendi*; Quia enim dicitur, quod supra hominum conditionem sit constituta, adeoque divina, ideo, qui in ea eminere præ ceteris discipit, vehementissimo quoque amore ad summam honestatem, & publicam in primis in columitatem pro viribus adspirat. Deo *vehementissimo amore*, fertur enim Heros ad metam velut sagitta, & velut aquila ipsas nubes ardentiore nisu superare aggreditur. (2) *In propositi illius ardentiissima constantiâ*. Si enim res arduæ & maximè difficiles sese offerunt, constantissima alacritate eas aggreditur & perficit, nec in proposito suo retardari se patitur, multò minus *Voluptatum illecebra*, aut alia quæcunque impedimenta conatus ejus movent, ut deficiat, sed potius ardua omnia & aspera perrumpit, & absque defatigatione superat. (3) *In successu & eventu felicissimo*. Omnia enim ipsi facilita, quin & procliviora sunt, quam communi virtute præditis, sic, ut quæ aliis hominibus aut difficulter & ægrè, aut prorsus non succedere animadvertuntur, ipsis præter spem & exspectationem ex animi voto felicissimè succedant.

§. 13.

Finis virtutis hujus est vel *communis*, vel *proprius*. Ille est Gloria Dei: Qui finis licet ab aliquibus Ethnicorum fuerit neglectus, de omnibus tamen asserere, in primis vero sanioribus, difficile est. Notatu illud Biantis dignissimum est. *Cum boni quid feceris, non tibi, sed DEO id adscrive*. Ut ruceamus per plurima eminentissima Pietatis testimonia, quæ in sapientissimorum Ethnicorum scriptis magno numero occurunt. *Hic* est partim vita beata, & Summa hominis perfectio, ut scil. homo per virtutis hujus excellentiam & exactam morum cynosuram probatissimus reddatur, & verè hominis divini vitam agat: Partim conservatio societatis humanæ: Quando enim Deus regna, & Republicas, vel fundare, vel collapsas & dissolutas

Intas restaurare vult, tunc plerumque hujusmodi Heroica ingēnia
excitat, quæ id sua virtute præstent, easque pristinæ saluti & digni-
tati restituant.

§. 14.

Definitionem excipit Divisio, ad quam, antequam accessum
faciamus non incommodè quæstionem illam mirè vexatam venti-
labimus; An virtus Heroica à mediocri specie differat? Sunt qui af-
firmativam defendunt rationibus potissimum à fine & opposito
desumptis, ut Thomas in prima part. 2. q. 54. a. 3. cuius tamen sen-
tentiam non in totum adprobamus. Conveniunt enim 1. Genere,
quod est habitus, quis enim casu quodam Virtutem hanc homini
inesse prædicabit? Labore ergo & sudore, ut, ceteræ, sic & hæc vir-
tus acquiritur. 2. Conveniunt Fine, qui est Vita beata, seu beatitu-
do civilis, licet hæc perfectiori & excellentiori modo, quam illæ
eundem attingat. 3. Conveniunt quoque Objecto; licet enim se-
cundum magis & minus differentia, nulla tamen speciei variatio eli-
ci poterit. Quis enim magis & minus specie variare afferet? Vid.
Wendelin, Phil. Moral, lib. 1. c. 3. q. 3.

§. 15.

Dividitur autem à quibusdam virtus Heroica in universalem &
particularem. Hanc eminentiam hujus vel illius virtutis humanæ
afferunt esse: Illam considerant ratione Summi gradus, quatenus
omnium virtutum complementum in uno individuo reperitur.
Qualis fuit in Salvatore nostro Jesu Christo: Quam tamen divisio-
nem ex omni parte probare nequimus, cum exempla desint, & dif-
ficile sit, Individuum, quod complementum communis habeat
virtutis reperire, multo minus ergo Virtutis hujus Heroicæ, quæ
ejus splendor. Alii distinguunt in Intellectualem & Moralem, qui-
bus album nostrum calculum vel ex hoc unico adjicere nequimus;
quod virtutibus intellectualibus prædicti, sive sapientes & disciplina-
rum Inventores nihil perficiant, quod alios in admirationem rape-
re possit, & sic eorum virtus in mente tantum possessoris resulgeat
non vero oculos plebis perstringat, quod virtuti Heroicæ maximè
est conveniens. Interim non negamus, disciplinarum, artium & sci-
entiarum Inventores, quoniam ex solo intellectu, divina hominis

B 2

parte

parte illæ profiscuntur, Veteres non Heroes, sed Deos planè & di-
vinos credidisse. Unde etiam Heroes ex Deo & homine natos, Sci-
entiarum verò Inventores, ipsos Deos superstitione finxerunt. Atta-
men, quia cum minore difficultate beneficia illorum in genus hu-
manum conjuncta videbantur, ideoq; in Heroum classem illi non
referebantur, neque etiam honores illis tribuebantur, sed divinivo-
cabantur. Vid. elegantissimè differentem D. Eicheli / l. cit. §. 18.
Conf. Piccol. Phil. Moral. grad. 6. c. 4.

§. 16.

Moralium itaque Virtutum splendorem Heroicam virtutem
esse patet. An verò omnium virtutum moralium, an tantum car-
dinalium plurimi pugnant, paucissimi convenient. Ut ut sit, con-
ceduntur tamen ab omnibus ferè cardinales, ad quas reliquæ facile
quoque reduci possunt: ordine igitur de iis jam jam agemus.

§. 17.

A *Justitia* merito ordimur, quoniam illa reliquarum virtutum
communi consensu Domina & Regina salutatur. Absque hujus
enim administriculo Respublicæ nec diu stare, nec laudabiliter admini-
strari possunt: nam regna, teste Augustino, remota *Justitia*, nihil
aliud sunt, quam magna latrocinia. Notabilis est locus Laetantii lib. 5.
de *Justitia*, ubi eminentiam hujus virtutis ab antiquitate deducit.
Justitia, inquit, est summa *Virtus*, & fons *Virtutis*, quam non modo Phi-
losophi quæsiverunt, sed Poetæ quoque qui priores multò fuerunt, & ante
natum Philosophie nomen pro sapientibus habebantur. Hi planè intellexe-
runt, abesse hanc à rebus humanis, eamque finxerunt offensam vitiis homi-
num concessisse à terra, in cœlumq; migrasse. Atque ut docerent, quid sit ju-
stè vivere (solent enim præcepta per ambages dare) à Saturni temporibus,
qua illi vocant *aurea*, repetunt exempla *Justitiae*, narrantque in quo statu
fuerit vita humana, dum illa in terra moveretur. Quod quidem non pro
poetica fictione, sed pro vero habendum est. Saturno enim regnante, non
dum Deorum cultibus institutis, nec adhuc ulla gente ad divinitatis opinio-
nenem consecrata, Deus utique colebatur, & ideo non erant, neque dissensi-
ones, neque inimicitiae, neque bella.

Nondum vesanos rabies nudaverat enses.
Nec consanguineis fuerat discordia nata.

Dubium

Dubium ergò nullum est, quin & hujus eminentior aliquis splendor existat. Exserit autem sese ultra communem hominum conditionem, quando aliquis vitæ suæ cursum universum, ad legum, quæ in qualibet Republica præcipiuntur, observantiam, tanquam ad normam quandam dirigit, & actiones suas omnes ad eandem tanquam Lydium lapidem referre conatur, & quidem excellentiori gradu, quam vulgo ab hominibus fieri solet. Et talem Heroica justitia præditum esse, nemo facile ignorare poterit. Celebratur inter Ethnicos hac ratione Rhadamantus, qui quoniam *Justitia singularis* observator fuit, à Poeris, apud Inferos nocentium culpas explorare, singitur: Nec non Minos Primus ille Cretensium Legislator, & Justitiæ cultor exactissimus. In primis verò in omnium Scriptorum ore laudatur justitia Aristidis, cognomento *Justi*, qui teste Plutarcho, in Apoph: Græ: Imp. semper suo unius præsidio fretus Rempublicam administrabat: *A Sodalibus & amicorum potentia abhorrebat, quæ ad injuriam aliis inferendam adderet animum.* Abhorruit autem ab omni factione & amicitia, ideo ne adigeretur ad aliquid faciendum, quod justum non esset: aut cogeretur abstinere ab eo, quod judicasset Reipublicæ conducere.

§. 18.

Fortitudinem, quod attinet, res est in aprico & propatulo. Vix enim veneranda Antiquitas alium in Heroum familiam recepit, nisi qui fortitudine inclarerit. Unde etiam hæc sola summa in pretio, ut apud omnes, sic Lacones imprimis habita fuit. Hi enim ut virtute sua omnem suo tempore subegerunt Græciam, ita pariter eminentissimam fortitudinis hujus consecuti sunt gloriam. Nullis utebantur muris, sed murorum instar, animos habebant suos, & colebant Fortitudinem, imò præter illam ipsam animi constantiam nihil magni æstimabant; id quod vel ex hoc tantum patet, quod omnem ætatem ab hac tantum virtute commendarint, omnisque ætatis homines, non sine publica lege omnem in eadem virtute laudem collocarint, hinc fortitudinem solam, tres illi Chori apud eosdem honorificentissimè celebrarunt; *Senum* Chorus incipiebat. *Nos quondam eramus incliti bello Viri. Juvenum succinebat.* *Nos nū sumus, fac si velis periculum.* Puerorum denique sequebatur tertius Chorus. *Nos fortitudine plurimum præstabilis.* Nec rumor inanis tantum apud eos extitit, sed ab hac virtute plurima manaverunt

exempla & facta, ut in Historia notissimum. Conf. Horn. lib. 3.
Civ. doctrinæ cap. 5. Et sane quum hac Virtute eorum, quæ ab ho-
minibus maximi præ omnibus æstimantur, libertatis, vitæ, patriæ,
parentum, liberorum, &c. ratio habeatur; evenit etiam, ut hæc ipsa
virtus plerosque non tantum in sui admirationem rapuerit; sed
peculiarem etiam gratiam concitaverit. Deinde quoniam illa ipsa
Virtus circa maximè formidabilia occupatur, certè in ea resulgere
ardui esse operis facile perspicitur. Quo autem res deficilior, eo ple-
rumque splendor & laus exoritur major, si aliquis difficultate ejus
haud deterritus, pro viribus ad eam consequendam annitatur.
Non animus est nobis, neque angustia chartæ permittit, virtutem
Heroicam secundum 5. species Fortitudinis ab Archiphilosopho
lib. 3. Eth. Nic. cap. 1. examinare. Tantum exempla considerabi-
mus. Et quidem ut cætera omnia sicco, quod ajunt pede, trans-
amus, præ cœteris Davidem Heroica Fortitudine eminuisse sacra pa-
gina testis est evidentissimus, ad quam etiam Lectorem relegamus.
Ex profanis infinita quoque occurunt, in primis vero Herculis,
quem ob egregia & admiranda fortitudinis specimina, ab Heroico
ejus animi robore profecta, fama beneficiorum memor ad hanc
dignitatem evexit. Primum indicium est, quod cum adhuc in cu-
nabulis jaceret, geminos angues à Junone immissos eliserit. Deinde
omnis ejus vita in Heroicis facinoribus fuit insignis. Adultus enira
hydram in Lerna paltide appressit, Cervam æripedem interfecit. In
Nemæa sylva inusitatæ magnitudinis Leonem jugulavit, Diome-
dem immanem Thraciæ regem devicit. Acheolum superavit. Eu-
rytum, Busiridem, Ceryonem, Cacum, Lacinium, Albionem, Bor-
gionem, Theodamantem, Neleum, Pyrechmum sustulit. Antæum
gigantem suffocavit. Centauros domuit. Insulam Con diripuit,
regemque Eurypylum trucidavit. Amazones debellavit. Cerebrum
ad inferos descendens eduxit. Lycum ab inferis reversus, interemit.
Cygnum Martis filium equestri certamine vicit: Cecropas supera-
vit, plurimaque monstra domuit, quæ omnia licet non minimum
fabulæ ipsi tribuerint, eminentia insignis fortitudinis argumenta
esse voluit, sapientissimus Ehmicorum chorus. Huic adjungere col-
libet exemplum Horatii Coclytis, de quo Valerius maximus lib. 3.
Ex. 1. Etruscis, inquit, in urbem (Romam) ponte sublico irrumpen-
bus,

bus, Horatius Coles extremam eius partem occupavit: totumque hostium agmen, donec post tergum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit. Atque ut patriam periculo imminentem liberatam videt, armatus se in Tiberim misit, cuius fortitudinem Di immortales admirati, incolumentem sinceram ei praesertim. Nam neque altitudine dejectus, quassatusve, neque pondere armorum pressus, nec ullo vorticis circuitu actus: nec telis quidem, quae undique congerebantur, Iesus tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hostium in se oculos convertit, stupentes illos admiratione, hos inter latitiam & metus hesitantes, unusque acerrima pugna consertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, distractus. Denique unus urbi nostrae tantum scuto suo, quantum Tiberis alveo, manimenti attulit: Quapropter discendentes Etrusci dicere potuerant, Romanos vicimus ab Horatio victi sumus.

§. 19.

Circa mortem igitur, sive bellicam, sive extra bellum (modo id fiat ob præclarissimum finem, qualis est defensio patriæ, veræ religionis confessio, Virtutis & honestatis studium) Fortitudinis Heroicæ eminentiam versari, ingenuè asservimus. Ubi statim quæstionem examinamus. An Martyres pro veritate Christianæ religionis exquisitiissimos cruciatus mortemque ipsam perferentes, Heroibus sint annumerandi? Contrarium importuni quidam Aristotelis interpretes ex Definitione Fortitudinis elicere cupiunt, sed importune pariter. Quid enim Aristoteli notum fuit de Martyrio? Nos igitur jure meritoq; Gloriam Heroum (licet eam eos non ambire sciamus) illis adjudicamus, sequentibus commoti rationibus. Quia 1. Martyres justissimam habent causam, quæque virtuti Heroicæ maximè competit, propter quam horrendos tormentorum cruciatus constanti animo tolerant, quæ est Veritas Religionis Christianæ. 2. Quia animo intrepido, & fortissimo sanguine suo cœlestis doctrinæ, veritatem confirmant, & obsignant, id quod excellentissimum mortis genus: Huc referri potest, Historia Sanctorum Martyrum eorumque miranda animi magnitudo in qua recensenda propter angustiam chartæ lubentes acquiescimus. 3. Quia Martyrum fortitudinis actus præstantissimus, adeoque ei longè antefertur, id quod probatur, partim quia acerbitas Martyrum longè major,

major, quam fortitudinis bellicæ, in multis enim non tantum horas, sed & dies sæpè numero durat: partim etiam, quia in Martyrum tormentis spes evadendi nulla, mortem vident præsentissimam, evadendi locum, & viam nullam; partim denique quia in bellis resisti potest iis, qui mortem inferunt, habetque locum vindicta. In Martyrio vero omnia secus se habent. Nullum igitur dubium supra est, quin & hi Confessores Sanctissimi, Heroico hoc fortitudinis splendore decorari possint.

§. 20.

Longè aliter judicandam est de iis, qui sibi meti ipsi violentas inferunt manus. Quemadmodum verò nulla unquam tam crassa extitit absurditas, quæ sui non patronos quosdam reperierit, & defensores, vix enim sunt pictura, quæ non inveniant amatos suos, veluti pupæ, improvidas etates. Scal. Exerc. 325. l. 6. Sic nec hoc loco defunt, quibus affirmativa complacet: Emittere inter hos Seneca, qui eousque progressus est, ut docuerit sapienti non saltem licere, sed eundem interdum debere ex vita hac sponte abire: Expresso, Sapientis, ait, vivit, quantum debet, non quantum potest: Si multa occurruunt molesta & tranquillitatem turbantia, emittit se: nec hoc tantum in necessitate facit ultima, sed cum primum illi cäperit suspecta esse fortuna. Nihil existimat sua referre faciat finem, an accipiat. Imò universa Stoicorum familia unanimi consensu, illam demum magni animi, fortitudinisq; nomine commendarunt, uniceque Heroicam voluerunt mortem quæ voluntaria mente appetitur. Unde etiam misera illa turba palmarium & præcipuum actum crediderunt, sibi ipsi mortem conciscere. Patet hoc exemplo Zenonis, qui cum è schola veniens pedem offendisset, lapsusque esset, manu terram pulsans. VENIO, inquit, quid appellas me? & domum ingressus sponte vitam posuit. Quid? quod naturam ideo venena produxisse crediderunt, quo homines facilius se vita liberare queant, & sic planè naturale esse statuerunt, hoc interficiendi genus. Versatus est in hac opinione Livius, sic enim lib. 11. c. 63 Terra mater, inquit, etiam nostri misera venena instituit, ut facillimo haustu, illibato corpore, & cum rotu sanguine extinguemur, nullo labore, sentientibus similes. Apud Massilienses quoque venenum circuit à temperatum publicè asservatur pro iis, qui causis senatu explicatis, sapienter & heroice excedere, & celerem sati viam quærebant.

Nos

Nos verò melioribus instituti virtute omni & sic in primis
Heroica eos exuendos statuimus. Abeant ergò & denuo abeant.

— — — qui sibi lethum
Insontes peperere manus, lucemque perosi,
Projecere animas, quam vellent atheze in almo
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Nec sapientiores Ethnici unanimi consensu superiorum assertio-
ni ad stipulantur. Damnatur enim à religiosioribus & sanioribus.
Eminuit inter hos Aristoteles, qui lib. 3. Eth. Nic. cap. 7. *Molles*
eos potius, quam fortes appellandos & habendos censet. Plato quoque
apud Ciceronem docet, *pis omnibus retinendum esse animum in custo-
dia corporis, nec in iussu ejus, à quo ille est datus, ex hominum vita migran-
dum esse, ne munus humanum à Deo assignatum defugisse videantur.* Ut ta-
ceamus Legem illam universalem à summo Legislatore, Deo omni-
bus hominibus sub poena mortis æternæ propositam: *Non occides.*
Jus Naturæ quoq; unicuiq; sui conservationem præcipiens, nefan-
do scelere *ἀντοχείας* impugnat, dum vim suæ vitæ infestunt, quod
nec licet, nec Herois est. Detinendus enim animus in corporis
custodia est, donec migrare eam jubet ille, à quo datus: *Quippe as-
signatum à Deo munus humanum defugere in iussu ejus non o-
portet.* Et quæ quæso patriæ utilitas (Hoc enim ut diximus,
in Heroe maximè observatur) ex *ἀντοχείᾳ* redit? manifestam
enim potius injuriam exinde percipit. Unde laudabiliter, ut
omnia Thebani, eos veluti sui carnifices & immanes habuerunt,
qui sibi ipsi manus intulerunt. Deinde Virtus Heroïca non ex-
cludit Patientiam. Sed ubi locorum hanc in *ἀντοχείᾳ* invenies?
Forsitan Catonem objicis? Sed ineptè: Hic enim maluit sibi sua
manu vitam eripere, quam à Victore Julio Cæsare ad triumphum
rapi. *Non hoc fecisset, inquit Augustinus, nisi victoriam Casaris im-
patienter tulisset.* Breviter, licet *ἀντοχείας* periculum mortis in-
trepido animo (id quod Heroi non mediocrem eminentiam
conciliat) adeant, non tamen eo fine id faciunt, ut imperterriti
honesta sustineant pericula: sed quia fortunæ invasiones fortiter

sustinere , & molestias devorare nesciunt. Absit ergo *avtoχειρίας*
Fortitudinis Heroicæ actum statuamus, quin potius eandem divi-
næ legi & saniori rationi adversari nobis persuadeamus, earumque
cadavera à Majestate civili poenis affici posse ultro largiamur.
Communiter urgentur Exempla Raziaæ 2. Maccab. 14. qui *τῆς αὐ-
τοχειρίας* nomine laudetur, generosèque mortuus prædicetur: Et
Samsonis Jud. 16. qui ob *ἀυτοχειρίαν* in scriptura nec culpetur,
nec à Theologis accusetur. Ad quæ tamē facilis datur solutio. Quod
enim Samsonem attinet, cum ille non ex impatientia, sed ex pecu-
liari præcepto divino, videlicet Spiritus Sancti, qui teste Augustino
latenter hoc jubebat, miraculaque per illum exercebat, mortis illud
genus subiverit, utique ex horum numero eximitur. Adde quod
speciale hoc Samsonis exemplum nullo modo generali regulam
constituat, cum perquam sit periculorum secundum Lutherum
exemplum hoc imitari. Ad Razia factum cum Horneo Civ.
Doctr. Lib. 3. cap. 5. tribus modis responderi posse censemus. 1.
Libros Maccabæorum non esse canonicos, id, quod salvis aliis
rationibus ex August. I. 1. de Civitate Dei cap. 20. probamus. In
sanctis, inquit, *Canonice libris*, nusquam nobis divinitus præceptum, per-
missumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscenda immortalitatis, vel uli-
us carendi cavendique mali causa, nobis metipis necem inferamus. Quin
ut prohibitos nos esse intelligendum est, ubi Lex ait. Non occides. 2.
Scriptura quidem recenset Raziam sibi intulisse manus, quod ge-
nerosè mallet mori, quam generositate sua indignis exponi con-
tumeliis. Unde potius narrat, quam approbat factum. 3. à qui-
busdam peculiariter Sp. S. instin̄tu & præcepto hoc factum esse
quidam respondent, de quo judicium esto penes Theologos. Nos
à via hactenus digressi, in eandem redibimus,

§. 22.

Fortitudinem excipit Temperantia, Virtus, quæ teste Seneca
voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias regit & gubernat,
& ad sanum modum redigit Græcis ΣωΦροσύνη dicta, quo-
niā ut Plato interpretatur in Cratylō, salus & conservatio est
prudentia. De hac virtute non est dubium, quin eminentia ejus
homī-

hominem ultra humanam sortem elevet. Unde etiam ratione necessitatis, & fundamenti, princeps reliquarum prædicatur. Nam sine hac, inquit acutissimus Heiderus p. 2. ph. moral. p. 505. aut nihil aut parum reliquarum est virtutum. Nec enim in voluptuariis, quidquam rationis recte, voluntatis liberæ, & appetitus moderati, quibus sine virtus mala. Eandem & olim Socrates apud Xenoph. I. de dict. & fact. memor. Socratis, fundamentum omnium virtutum vocavit, & eā primo loco animum instrui jussit, quod sine ea nec discere nec cogitare quidquam præclari possit. Imo Incontinentibus Deos deprecantibus ait, ut de bonis donis ipsis provideatur : Cœtero-quin enim, id genus hominum salvum esse non posse. Ut ita faciliè patet, quanta sit eminentia splendoris Heroici hujus virtutis, qui in primis cernitur, ut aliquis eousque sibi à voluptatibus temperet, ut abstinentia ejus non tantum reliquos omnes supereret, sed præterea animo deliberato, firmoque proposito ad finem laudabilem, gloriam scil. Dei, salutem Reipublicæ, Patriæ, civium & aliorum hominum commodum, virtutis denique studium eandem dirigat. Excelluit si non in totum, in tantum tamen hac Virtute Agesilaus, de cuius abstinentia infinita recensentur exempla. Hic admiranti cuidam ejus in viectu & vestitu fragilitatem : Hac, inquit, è semente libertatem metimur. Plutarch. in Apophthegm. Lacon. c. 7. Et c. 9. Agesilaus, dicit, Megabuten Mithridatis filium, qui erat formosissimus, offerendi osculi gratia accedentem (admodum enim se amari tutabat), declinaverat, cumque is finem secisset accedendi, requirebat eum ultiro. Tum amicis dicentibus, ipsum esse in culpa, qui pulcri osculum formidasset, paulum tacite secum meditatus Agesilaus, Nihil, inquit, attinet, eum à nobis adduci persuadendo : malle enim mihi videor hujusmodi vincere cupiditates, quam populissimam hostium repugnantium urbem capere : melius est enim, suam ipsius libertatem conservare, quam aliis eam adimere. Præferendus huic Scipio Carthag. de quo Valerius Maximus l. 4. c. 3. Quarum & viceustum annum agens Scipio, cum in Hispania, Carthagine oppressa, Majoris Cartaginis capienda sumpsiisset auspicia, multisque obsides, quos in urbe Panii clausos haberunt, in suam potestatem redigisset, eximiæ inter eos virginem formæ, etatis adultæ, & juvenis, &

celebs, & victor, postquam comperit illustri loco inter Celiberos natam, nobilissimaque gentis ejus juveni despousatam, accerfis parentibus & sponso inviolatam tradidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ allatum erat, summae dotis adjectit. Similiter modo laudatur à Justinio lib. 11. cap. 9. Alexander Magnus, quod victo Dario Rege Persarum, uxoreque & filiis ejus captis, eos benè & publicè haberit.

§. 23.

Circa hoc quæritur, An Jejunii Pontificii observatores strictiores Heroicum hujus virtutis splendorem habeant? Papicolarum turba iis eundem ambabus manibus concedit, sed quo titulo, paucis deliberabimus. Nihil minus autem eos, quam Heroes dici posse, probamus. (1) quia Jejunium eorum est *ridiculum*, Jejunium enim, Scriptura definit per abstinentiam ab omni cibo, ut patet ex regula illa Ion. 3. *Non gustent quicquam nec pascuntur, & aquam non bibant*. Hi autem per abstinentiam à carnibus solis. Interim tamen fame urgente edunt, & sub specie jejunii, exquisitissimis lautitiis pisces, falsamentorum, reliquarumque maris copiarum fese faciunt. (2) Jejunium hoc est *hypocriticum*. Non enim animo, sed corpore tantum jejunant. Incredibile dictu quam iniquissimè hac in parte Christianam libertatem circumscribant. Ut taceam, quod dimidiā fermè anni partem, in annis abstinentiarum carnium superstitiones seponant, quo toto tempore omnes Ichthyophagos vel Xerophagos apud eos agere fas est: si tantum observaverimus, quam ludicro more tempore Quadragesimali in singulorum culinas ac cœnacula irrumpant, & quid quisque cœnet, non curiosè modo, sed & impudenter scrutentur. Turpissimo sanè more, homines illi Theologi, Theologiam suam ad cacabos, ollas patinasque demittunt, magna que gravitate de ossis, condimentis, atque esculentorum ingenio & paratura jus dicunt. (3) Jejunium illud est superstitionis, quia sub opinione cultus divini proque hominum peccatis satisfactorii est introductum. Id quod falsum, Conf. Chemnit. in Exam. Conc. Trident. parte 4. Tit. de Jejun. Neutiquam ergò à vero abimus, si iisdem virtutem Heroicam denegamus: quippe à quibus actiones ejus remotæ, imo remotissimæ existunt. Sed ad alia,

De

§. 24.

De Magnificentia & Magnanimitate res paulò altioris in-daginis. Cum enim & hæ splendore virtutes vulgares superent, supra easque emineant; Illa quidem supra Liberalitatem. Hæ vero supra Modestiam, ideoque etiam eas virtutes Heroicas esse, quis existimare posset. Accedit & apparet confirmatio Piccolom: qui dum Phil. Mor. grad. 4. c. 49. Magnificentiam culmen & apicem liberalitatis appellat, quod Virtuti Heroicæ unicè proprium, affirmativæ favere videtur. (quæ tamen ejusdem mens propria non est, cum ibidem, ut ex contextu patet, Magnificentiam ut maximam liberalitatem commendet.) Nos itaque respondemus distinguendo inter Virtutem Heroicam prout pro qualicunque eminentiori & excellentiori Virtute sumitur, & intra terminos humanarum virium permanet, & hac ratione Magnificentia & Magnanimitas Virtutes quoque Heroicæ dicuntur: Et prout pro eminentissimo Virtutum moralium splendore sumitur: & ita Virtutes Heroicæ esse nequeunt: quia manent infra conditionem ut sæpius monuimus, & requirit Deum speciali modo concurren-tem. Unde etiam terminos humanarum virium excedit. Quod reliquias attinet Virtutes, cum earum splendor, huic non sit æquipol-lens nec singulas examinari propositi nostri sit, & nos hic lubentes acquiescimus.

§. 25.

Non incongruum erit in præsens examinare, cur plerumque Heroum filii noxæ? Non sanè minima felicitatis humana pars, si eminentiâ & splendore excellentissimi ac spectatissimi parentes, Virtutem suam hæreditariam quasi factam & cum semine in filiis propagatam animadvertunt. Sicut pereleganter Poeta:

*Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroceſ
Progenerant aquila columbam.*

At videmus regulam hanc ut plurimum fallere; contra quam etiam occinit Homerus Odyss. 5.

*Æquat rara patrem ſoboles, ſed plurimi ab illis,
Degenerant, pauci ſuperant probitate parentes,*

C 3

Unde

Unde Aelius Spartianus ; Neminem prop̄ magnorum virorum optimum ac utilē filium reliquise ait. Ferè enim aut hi nullos liberos habuerunt, aut tales, quibus caruisse felicitas non parva fuisset. Ut ratiocinamus in Sacris exempla filiorum Jacobi, & Davidis. In profanis admiramur Cyri naturae generositatem animiq; fortitudinem. At in filio, quæ quæso morum fœditas? Quæ scelerum horribilitas? Augustus Cæsar solitus est dicere suos liberos sibi esse carcinomata, & de filiis suis hoc est usus versu:

O utinam aut cælebs mansissim, aut prole carerem!
Causæ autem degenerationis hujus, à Doctris recensentur variae, ex quibus sequentes addemus. (1) Quia filii plerumque non materno, sed alieno & quidem corruptarum nutricum lacte nutriuntur. Unde etiam sit, ut cum lacte novo etiam novam indolem attrahant. Adeo non ubi (verba sunt Nicolai Vernulæ Institut. Oeconom. lib. I. tit. 4. cap. 8.) uascaris refert, sed ubi pascaris. Id observatum in pecudibus. Hædus cum ovis lacte alitur, tenerorem pilum & indolem mansuetiorem habet, quam si capram sūxisset; agnus, si capri lacte nutritur, lanam duriorem accipit, & sit inquietior. Ut igitur mores formantur, nutriendi materno lacte sunt infantes, quod plus mores vivendo profint, quam natura? Semper lac & spiritus maternus longè magis ingenuus atque incrementa corporis auget, inquit Columella lib. 7. c. 12. Et ut Macrobius §. Saturn. In moribus inolecendis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lacti tenet. Proinde cavendum est, ait Symmachus, ne pignorum nostrorum indoles in profectu deseratur. (2) Quia languescit in iis educatio, vel quia foeminitis molliculis potius, quam matronis honestis demandantur, vel quia magni in Republ. viri plerumque summis negotiis districti, cum ipsi liberorum institutioni vacare nequeant, operâ mercenaria eos educari curant, qui dum magis (id quod frequentissimum) de suo commodo & proposito solliciti sunt, & institutionem seu educationem in perditis & desperatis habent: filii etiam de indulgentiori & dissolutiori disciplinâ corrupti, à virtute patrum facile degenerant, & sic prima educatione neglectâ, instar ferociantis equi, lascivire & insolescere incipiunt. (3) Quia hoc fine DEUS talia exempla vult extare, ut agnoscamus Virtutem excellentem potius Dei donum esse, ab eo que expectandum, & petendum,

dum, quam hæreditarium naturæ privilegium. Sunt, qui rationem ex physicis petunt, quod magni viri ad liberorum generationem séniores sunt. Vid. Lemnius l. 1. de Occult. Naturæ miraculis, cap. 4.

§. 26.

Veniam quoque facile impetrabimus si aliam adhuc quæstiōnem subnectamus antequam ad extrema progressum faciamus; videlicet cur Héroum exitus s̄pē sint tragicī? Plena sunt omnia historiarum volumina de infelicissimo Héroum exitu. Exempla sunt Samson, Saul, Josias, Cyrus, Alexander, Romulus, Pompeius, Julius Cæsar aliisque complures, cujus causas investigantur. Has suppeditamus 1. sunt vehementiores animorum impetus, ab igneā orti naturā, quorūm vehementia abripiuntur, & à vera rationis norma deflectentes in miseriarum abyssum præcipitantur. 2. sunt pericula innumerabilia & maxima. Dum enim in præsentissimis periculis versantur, facile mortem oppetere possunt. Hinc Erasmus ex Diogene: *Procul à fove, procul à fulmine,* 3. Invidiæ magnitudo. Si enim Virtus vulgaris perpetuam comitem habet invidiam, quo magis splendor ejus, eam habebit. Eleganter Sallustius: *Difficillimum, ait, inter mortales est gloria invidiam vincere.* Seneca in Thebaide: *Simul ista mundi conditor posuit Deus odium atque regnum.* Aliæ præterea adferuntur causæ non contemnendæ, Insolentia videlicet, Dei desertio, & poenæ fastus ac superbia, de quibus vid. Heiderus, Phil. moral. part. 2. q. 4. p. 412.

§. 27.

Restat, Virtutis Heroicæ oppositum quod Philosopho dicitur θνητός, δοῦλος θνετίς à belua. Latinis Feritas, à feris pariter, quorum immunitatē imitatur. Quemadmodum enim Heroica Virtus hominem supra mortaliū sortem elevat, summamque perfectionem infert; Sic hæc eundem infrà ferarum & bestiarum greges deprimit, extremamque imperfectionem & malitiam attrahit. Notamus verò uno Feritatis nomine, simul excessum & defectum comprehendē. Cum enim defectus secundum communem Ethicorum opinionem sit Stupor, & ignavia summa, hominem ad quamlibet honestatis actionem edendam ineptum reddens, non possumus non affirmare, & eos ferarum similes esse.

Exti-

Extitisse autem omni tempore vitio hoc contaminatos homines exempla testantur infinita, quæ si per singulas Virtutum & vitiorum species examinare vellemus, integer tractatus non sufficeret. Prodirent in medium Mezentius, Phalaris, Dionysius Major, Sylla, Caligula, Nero, Attila, Tamerlanes, aliique, de quibus Historiarum monumenta plena sunt, innumeris.

§. 28.

At veluti Virtus Heroica potissimum in Fortitudine cernitur, uti superius Thes. 18. demonstravimus: Sic & Feritas audaciæ potissimum actus existit, ut & Timiditatis, de quâ Aristot. l. 7. Eth. Nicom. c. 5. quidam namque, ait, talis natura est, ut omnia timeat etiam si mus obrepuerit; ferina est timideitate timidus est; quidam etiam felem ex morbo iimebat, ut ex insipientibus: Alii qui ratiocinari nequeunt sensu tantummodo vivunt, ferini habentur: cujusmodi nonnullæ longinquorum Barbarorum rationes sunt. Uberioribus vide eundem differenter loco allegato, ubi docet, maximè Vitium hoc, conspicere in Anthropophagis, barbaris ejusmodi, qui non abhorrent crudis hominum, imo parentum, quos in senectute veluti porcos mactarunt carnibus etiam ex proæresi vesci: sicut hoc hodiernum in Americanis pariter notissimum, qui hostium corporibus se non solum saginant, sed & brutorum instar inter se cohabitant, nulloque delectu corpora miscent, uti prolixè appetet ex Historiâ Americanorum. Cupiditatum autem immanium & beluinarum harum exempla ad quæ genera referat Aristot: videri potest l. supra c. & consuli

Riccobonus in Comment. quin & Piccol. Grad. 6. c. 14.

Tantum de Virtute Heroica hac vice.

S O L I D E O G L O R I A.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730549941/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730549941/phys_0027)

DFG



hominem ultra humanam sorte
 necessitatis , & fundamenti , pri
 Nam sine hac,inquit acutissimus H
 aut nihil aut parum reliquarum est vi
 quidquam rationis recte , voluntatis
 bus sine virtus mala . Eandem & o
 dict . & fact . menor . Socratis , fund
 vit , & eā primo loco animum intr
 nec cogitare quidquam præclarip
 deprecandos ait , ut de bonis don
 quin enim , id genus hominum sa
 le patet , quanta sit eminentia spl
 qui in primis cernitur , ut aliquis ex
 pereret , ut abstinentia ejus non tan
 præterea animo deliberato , firmo
 bilem , gloriam scil . Dei , salutem
 aliorum hominum commodum
 dem dirigat . Excelluit si non i
 Virtute Agesilaus , de cuius abstine
 pla . Hic admiranti cuidam ejus i
 Hac , inquit , è semente libertatem i
 thegm . Lacon . c . 7 . Et c . 9 . Agesil
 tus filium , qui erat formosissimus , off
 modum enim se amari tutabat , do
 set accedendi , requirebat eum ultr
 esse in culpa , qui pulcri osculum for
 ditatus Agesilaus , Nihil , inquit , atti
 do : malle enim mihi videor hujusme
 losissimam hostium repugnantium url
 ipsius libertatem conservare , quam
 huic Scipio Carthag . de quo Val
 tum & viceustum annum agens Sc
 oppressa , Majoris Carthaginis capie
 ob sides , quos in urbe Pæni clausos h
 digisset , eximia inter eos virginem fo



ide etiam ratione
 rum prædicatur .
 h. moral . p . 505 .
 im in voluptuariis ,
 titus moderati , qui
 pud Xenoph . 1 . de
 im virtutum voca
 fine ea nec discere
 ntinentibus Deos
 eatur : Cœtero
 posse . Ut ita faci
 ci hujus virtutis ,
 oluptatibus tem
 omnes supereret , sed
 o ad finem lauda
 Patriæ , civium &
 que studium ean
 intum tamen hac
 ecensemur exem
 tu fragilitatem :
 tarch . in Apoph
 gabuten Mithrida
 tia accendentem (ad
 nque is finem secis
 dicentibus , ipsum
 in tacite secum me
 s adduci persuaden
 ditates , quam popu
 lius est enim , suam
 re . Praferendus
 l . 4 . c . 3 . Quar
 ifania , Carthagine
 suspicia , multosque
 iam potestatem re
 ultæ , & juvenis , &
 celebs ,